



Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Romualdi Anachoretæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](#)

VITA S. RÖMVALDI ANACHORETAE
Camaldulensem monachorum patris. ex ea qua est
à Petro Damiano conscripta.

Omnaldus Rauennæ illustrissima Ducū stir. Iunij 19.
Reprogenitus, quanquā in prima adolescen- S. Romuald.
 tia mudi vanitatibus supra modum deditus, di patzia &
 ab omni religionis cultu penitus alienus vide- genus.
 tur, insita tamen naturæ quādam bonitate in pie-
 ratis studium acriter ferebatur: adeo ut frequenter
 cū inter sylvas & lustra ferarum venationi ope-
 ram daret, incredibili quodam desiderio erenum
 incoleendi accenderetur; nemorumque recessus ad
 melioris vitæ frugem eum inuitarent. Erat ei pa-
 ter, Sergius nomine, homo secularibus negotijs to- Sergius pa-
 tus implicatus, qui propter terrenarū rerum pos- ter cius.
 sitionem, exorta cum propinquo quodā suo con-
 tentione, turpiter se homicidij crimine contami-
 nauerat: ac filium etiam Romualdum ad eiusdem
 sceleris consensum vehementer allegerat. At Ro-
 mualdus quāquam tota mente immane facinus de-
 testatus fuisset, tamen quia corpore præsens fuerat,
 tantum ex admisso patris peccato dolorem conce-
 pit, vt ad Classense monasteriū beati Apollinaris, Romualdus
 homicidiarum instar, quadraginta dierū luctu sce- pœnitentia
 lusexiaturus, se receperit. Vbi cū se totum ex a- ob admis-
 sum à patre
 nimo pœnitentia laboribus daret, mens eius con- homicidiū.
 tinuis fletibus emolliita, suave Christi iugum appe-
 tere cepit. Nec multò post monachorum pedibus
 prouolutus, precibus & lachrymis habitum mo-
 nasticum extorsit: totoque triennio admirabili vi. Fit monas-
 ta austeritate rebelles animi motus compescuit, v- chus.
 que secum laxioris disciplinæ fratres ad arduam
 perfectionis semitam cū verbo tum exēplo im-
 pellere conatus est. Sed cū illi senioris vitæ di-
 scipl.

sciplinam non modo despicerent, sed impia etiam confilia agitarent, ut cælestis disciplinæ cupidum interficerent, Romualdus ut illis tantæ iniquitatis barathrum clauderet, ad Marinum quendam eremita vita cultu in Venetiarum partibus admotum insignem commigravit.

Petrus Vr-
seolus Dux
Dulmatiz
fit mona-
chus.

Eodem verò tempore, Petrus cognomine Vrseolus Dulmatici ducatus gubernator, ductus pœnitudine, quod iusto parum titulo ad eum dignitatis gradum ascendisset, relictis diuitijs, spretaque dignitate in Gallias ad S. Michaelis coenobium confugit: vbi sub Guarino eximia sanctitate viro, diuino seruicio se mancipauit. Porro hoc virtus institutum ex Marini & Romualdi consilio salubriter assumperat, ut dignis pœnitentiæ fructibus sceleris sui reatum, quo astriktus erat, expiaret: atq; ut melius omnes inimici insultus, quibus acriter semper recens ad Christum coquersi impugnari solent, sustinere posset, eosdem Marinum videlicet & Romualdum, itineris & habitationis suæ comites elegerat: qui tamen Petro in monasterio firmiter constituto, ad rigidioré vitam, cui assueti fuerant, reuerti sunt. Quibus etiam Petrus peracto vix anni I patio ad eiusdem solitudinis distinctionem aggregatus eit.

Interea Romualdus accenso mœris desiderio ad eo in virtutum omnium studio crescere cœpit, ut cuncti se eius disciplinis submittere gaudenter. Et inter alios ipse Sergius pater, filii sui exemplo permotus calcatis mundi pompis in eius disciplinam concessit: sed paulò post prauæ consuetudinis mole pressus in AEgyptum redire constituit: At Romualdi diligentia ab ea fuga retractus, & ad sanctæ conuersationis statu reductus breui post ex hac vita ad meliorem migravit. Romualdus autem post

Multi se Ro-
mualdo in
disciplinæ
tradunt. &
inter alios
Sergius pa-
ter eius.

fœlicem patris obitum ad paludem Classensem se
 conculit, vbi vili cōstrūcto tugurio horrendas dæ-
 monum infestationes sustinuit: adeò vt nō raro ab Romualdus
 eis terræ allis multis plagiis fœdatus fuerit. Sed multas dæ-
 malignus hostis cū cerneret se contra Dei famu- monum pæ-
 lum præualere non posse, animos discipulorū eius titur infe-
 concitauit, vt saltem alienæ salutis curam depope-
 ret. Construxerat vir sanctus in Saxenati territorio titur infe-
 monasterium beato Michaeli Archangelo sacrum stiones.
 in quo non pauci prati dæmonis instinctu adeò in
 odium viri sancti exarserunt, vt facta cōspiratione Expellitur
 fudibus & phalangis eum expelleret. Expulsus au- vit sanctus à
 tem hoc modo Romualdus decreuerat suæ contem- monasterio
 tus, alienæ salutis curam planè postponere. Sed hęc à se cōfren-
 cogitantem tantus terror repētē inuasit, vt ad sem-
 piternos phlegetontis ignes se abripiendum conti-
 nuò existimabat, nisi protinus eam cogitationem
 missam fecisset. Itaq; iuniore Othono Imperatore
 Classensem Abbatiam ordinante, animarū ibidem
 régime coactus accepit. Sed cū fratriū mores pra- Preficitur
 uitate vitæ corruptos sanctioris instituti discipli- ab Imp. Ot.
 nam pertinaciter respuere cerneret, illis relictis, cū thone Caf-
 Thamno & Bonifacio viris clarissimis intima fa- sensi Abba-
 miliaritate regi iam antē cōiunctis, alijsq; quibus
 dam cōuersis Theutonibus, ad Pereum, vbi dudum Redit ad Pe-
 habitauerat, redijt: ibique his & alijs fratribus non reum.
 paucis aggregatis & per cellas singulas constitutis,
 tanto feroce eremitez conuerlationis rigorem
 & in se & in alijs instaurauit, vt illorum vita om-
 nibus ingentem admirationem commoueret.
 Interēa Otto Imperator in studium viri sancti
 pietate singulari incitatus monasterium in Pereo Otthe Imper-
 ad honorem S. Adelberti construxit, cui contigua construit ei
 Classensis cœnobij prædia contulit, & Abbatem ex monasterio
 Romu- in Pereo.

Romualdi discipulis constituit, quibus tamen omnibus ipse Romualdus supraemam potestate praeſuit, fratresque caelestibus disciplinis ornatisſimis redidit. Post hec ad ciuitatem Parentium transfretauit, vbi annis admodum tribus in admiranda sanctitate exactis, eam quoque ciuitatem nouo mothalterio beatā effecit & insigni virtutum omniū splendore illustrauit. Inde ad Camerinę prouincia Comites, nūtios destinauit, qui audito Romualdi nomine, quod longē lateque sanctitatis opinione admodum celebre erat, ingenti gaudio cuncta suā ditionis obtulere prædia, ut fratres sanctissimis eius disciplinis imbutos mitteret, qui eodem pietatis splendore terram illam illustrarent. Nec abnuit vir sanctus, sed locum caelesti philosophiz Monasteriu cōgruum, qui antiquitus Vallis de Castro vocabatur, fratribus suis elegit: ibi constructo monasterio maximos animofum fructus fecit. Confluebant enim hinc inde ad illum homines, rebusque omnibus pauperibus benignè erogatis ad sanctæ conuersationis ordinem spiritu feruido festinabant. Erat enim vir beatissimus flamma diuini amoris adeo æstuans, ut alios quounque pergeret sanctæ prædicationis facibus mirabiliter incenderet. Inituit Monasteriu quoque eodem in loco sacrarum virginum monasterium: & in Parulphi Comitis possessione aliud pietatis domicilium erexit, tantisque virtutum ornamenti ea decorauit, ut vtriusque sexus homines innumerabiles in eius disciplinam è medio horum ac voluptatum decursu libenter immigraret. Tanta enim erat viri sanctitas, tata humanitas, tanta benignitas, ut ab eius conuerudine auelli non possent. Ipse verò tanto quoque salutis omnium amore ardebat ut sebus à ſe præclarè gestis nūquam contem

Magnus vi-
ti sancti fer-
nor.

contentus, totum quasi mundum à rebus perituis
ad eternitatis studia traducere conaretur.

Hinc quoque monasterium non longè à Massili-
ano castro construxit, atque in fauibus Calliensiū,
mōriū aliquādiu vitam transegit, ac deinde in
Petratum mōntem non longè à monasterio S. Vin-
tentij situm cōmigrāuit: vnde tādem Syriæ mon-
tem habitatus ascendit. Ibi verò quot dēmonum
fōsidias, quot hominum insultus sustinuerit, quot
contumelias Christi causa libenter pertulerit non
est nostræ facultatis euoluere. Certe hoc in monte silet inter
vir sanctus septem annos cōtinuos ab omni homi-
gro septen-
num consuetudine angusto domicilio seclusus, in
nō simu &
austerissime
summa austēritatē vixit: prorsus ut Pythagorico
viuit.

quodam silentio sibi īdicto mente ac cogitatione
affidua in cælis degeret, & quasi mortalitatis erga-
fculo planè solutus omnes corporis necessitates de-
spiceret. Nam toto Quadragesonæ tempore nihil
illud neque in cibō, neque in potu, præter pugil-
um farinæ & succum quendam herbarum valde
niguum, admisit.

Post quæ cūm iam iter ad cælestem patriam fibi
restare præuidet et, ad monasteriū in Valle de Ca-
stro a se constructum redit: vbi in cellula arctissi-
me conclusus ultimum vitæ terminum in silentio
spectauit: ac tandem magno cum gaudio exceptit.
Vixit autem vir sanctissimus annis centum viginti
& quibus viginti in seculi huius vanitate, tres in
monasterio, nonaginta septem in solitudine ac e-
miticæ vitæ proposito transegit, & collapsam in
italia eremiticam disciplinam restituit, ac mirifi-
cā propagauit.

KKK

KIT A